



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

122. An Confessarii designati à Superiore ad excipiendas Fratrum
confessiones possint confiteri Clericos professos stantes sub cura Magistr?
Et adducuntur, & explicantur verba ipsa Clem. VIII. pro ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

RESOL. CXXII.

An Confessarij designati à Superiori ad excipiendas Fratrum confessiones possint conficeri Clericos professos fratres sub Cura Magistri?

Et adducuntur, & explanantur verba ipsa Clem. VIII, pro assignandis Confessariis à Prelatis Regularium, qui possint absoluere Regulares à peccatis etiam resernatis à predicto Clem. VIII. & Religione. Ex part. 3. tr. 2. Ref. 5.

Sup. hoc sup.
pra in Ref.
106. §. Vnde.
ex supra di
ctis.

§. 1. **N**egatiū responderet Peregrinus in comment. ad nostras constitut. p. 1. cap. 9. lit. C. §. 6. quod probat ex decreto Clem. VIII. quod licet loquuntur de Nouitiis formalibus, tamen, paulo post in dicto Decreto, quod incipit, *Vt autem Novitiū cum sequenti Decreto loquente de nouitiis professis, ordinat, ut maneat in secundo Nouitiatu distincte à professis antiquis, & ut instruantur cum maiori restrictione aliorum Professorum, & ut in negotiis monasterij, & communibus tractatibus, & obedientiis exterioribus ne se immiscantur. Vnde colligitur, quod quamvis professionē emiserint dicti iuuenes, adhuc vult summus Pontifex, ut permaneant in Nouitiatu, & ut vivant sub regulis Nouitiorum, & quod non se immiscant cum aliis Professis, quod fieri non posset, si in eorum libertate esset conficeri cui voluerint ex Confessarii Monasterij. Ita Peregrinus, nulla DD. autoritate fretus. Non reticebo tamen hanc sententiam ante illum docuisse Portel in dubius Regul. ver. Novitiū absolutio, n. 36. vbi sic sit. De professis vero qui non sunt Sacerdotes, sed viuunt sub cura Magistri Nouitiorum, credo quod non possunt validē conficeri alteri extra suum Magistrum, vel extra illū assignatū à Prelato; quia pro illorum confessionibus solus Magister, vel ille assignatus deputatur vt Parochus, & proinde non potest ille alterum eligere. Ita ille.*

2. His tamen non obstantibus affirmativa sententia magis mihi placet, quam probabilem putat ipse met Peregrinus *vbi supra*, nam contraria opinione quam ipse tenet, vocat tantum probabilem. Ratio est, quia in nostris constitutionibus approbatā à Clemente VIII, in p. 1. c. 6. n. 6. sic habetur. Conficitur autem quisque nostrum suo Praeposito, aut cui volet ex Confessarii, quos Praepositus deputauerit. Et in Decretis Capituli generalis p. 1. c. 6. n. 6. sic habetur. Nemo nostrum sua peccata extero Sacerdoti confiteri queat, sed iis tantummodo nostratisbus Confessariis, qui à Praeposito domus fuerint designati, non obstante quocumque priuilegio, &c. Quæ verba absolute loquuntur, nec distinguunt inter Professoris manentes sub cura Magistri, & alios. Vnde vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt patet ex l. de presio, ff de publice, & ibi Glosa. * Deinde Clem. VIII. in decreto publicato anno 1593. die 26. mensis Maii ordinat Superioribus Regularium, vt deputem Confessarios pro subditorum numero, &c. Ratio autem, quare Pontifex vult vt in Monasteriis plures Confessarii constituantur, videlicet ne Religiosi propter verecundiam sacrilegas confessiones efficiant: magis potest militare cum dictis Clericis professis, quam cum aliis; ergo cum Pontifex absolute loquatur in illis verbis, pro subditorum numero, non sunt restrainingenda ad subditos antiquos, excludendo iuuenes Professoris.

3. Ad aliud verò Decretum Clem. VIII. quod pro adducit Peregrinus, respondeo quod non facit ad rem, non solum quia loquitur de Nouitiis formalibus, & non professis, sed etiam quia ut supra dictum est cum Molsis in summa tom. 1. tract. 7. cap. 14. num. 83. & alii, Pontifex ibi loquitur non per modum, i. huius dum præcepti irritando confessiones aliter factas,

Sup. in Ref.
que hic est
105. §. Dicē
dum & in R.
num. 83. & alii, Pontifex ibi loquitur non per modum, i. huius dum præcepti irritando confessiones aliter factas,

sed per modum regulæ, & consilij, quod etiam notat P. Alphonsus de Leone in tract. de officio, & pœnit. confess. tom. 2. recollect. 11. n. 152. & 152. in terminis causis nostri contra Peregrinum.

4. Post hæc scripta inueni P. Suarez de relig. tom. 4. libro secundo, cap. 15. num. 7. novum sensum adhuc re super verba Clem. VIII. que nos supra in fauorem nostræ sententiae adduximus: verba autem Pontificis sunt hæc. Superioris in singulis dominibus deputent duos, vel tres, aut plures Confessarios pro fiduciarum numero maiori, vel minori, qui à non referentis eos absoluant, & quibus etiam reservatorum absolutionis committantur, quando causas occurrerent. Ita Pontifex. Cuicunque verba, ait Suarez dubia sunt, nam duplex potest esse sensus. Unus est ut duo, vel plures Confessarii indifferenter pro omnibus Religiosis talis dominus designentur, ita ut liberum sit cuique Religioso, cui voluerit eorum conficeri. Alius est ut designentur quidem plures, qui inter se habeant divisum onus audiendi confessiones omnium, ita tamen, ut unicus definita pars, & certa persona designata sint, neque possint, qui vni communi sunt alteri conficeri. Ita Suarez, qui putat hunc ultimum sensum esse veriorem, & posse illum Superiores Religionum eligere & practicare. Quare docet etiam, non esse memorem Pontificis, ut hi Confessores debeat ad minimum esse duo, etiam in parvo Conventu; quæ omnia si vera essent, fas firmare opinionem Peregrini, & aliorum, quæ supra refutauimus.

5. Sed hanc sententiam Suarez nullo modo admittendam esse sentio. Ratio est, quia clara appetit in illis verbis in principio Decreti pofitivis, [Nonnulli infirmiores interduum Superiori suo concientia maioribus detegere formidantes, adducere posset in attenuatæ damnationis periculum, & spiritualis remedii desperationem.] In illis inquam verbis clara patet Ponficiem per illud Decretum prouidere voluisse, quomodo Religiosorum confessiones liberius fiant, ita ut propter verecundiam sacrilegia non committant. Sed si explicatio illorum verborum, quam adducit Suarez esset vera, in isto periculo, & in eadem difficultate versaremur, nam subditis cum uno Confessario necessarium esset semper conficeri. Ergo dicta explicatio, tanquam parum consonans littera, & menti Pontificis, non est admittenda. Vnde veram expositionem huius Decreti esse nostram, & non illam, quam affecta Suarez, patet ex communis vnu, & coniectu omnis Religionum, in quibus post dictum Decretum Clement. VIII. Superioris in suis dominibus plures Confessarios constituant, à quibus indiscriminatim subditis possint absolvi, & de facto absolvuntur.

6. Dices quod melius esset, & ad spiritualium professorum valde conducere, non mutare Confessarios. Fatoe hoc equidem, sed in nostro casu non agimus de maior in vita spirituali profectu, sed de mediana languentianimam tradenda, cui Clementis Pontificis indulgere iudicauit, vt patet in illis verbis textus, *nulllos infirmiores, &c. quæ supra attulimus.*

RESOL. CXXIII.

An Confessarius Regularis peccet mortaliter, si manu quæ aliorum confessiones exciperet? Et quid in simili de Sacerdote nunquam in toto anno celebrante?

Et an Parochus requisitus sine titulo electionis, sine ut Pastor à suis Parochianis teneatur audire confessiones suarum onium, quia id illi ex officio incumbit.